l ¶ Si cautum. ſcilicet iudica. ſol. cum defendit heredem. ſi enim cautuꝫ eſſet ⁊ ex illa cautione agat: totam pecuniam a marito petet. ſed aliter ſi agat actione in factum vtili. ſed ſm. R. ideo dicit ſi cautum non erit: qꝛ tunc ex ſtipulatu etiam in heredē forſan daretur ſi in iudicio preſens firmaſſet perſonam ſui procuratoris ſatiſdando pro eo. vt inſtitu. de ſatiſda. ſed hodie. ⁊. j. iudi. ſol. l. ſi ad defendendum. ſed hoc nō placet. vt. ſ. de procura. l. ſi procurator. in ſi.

m ¶ Heredem. defenſum. ſed quare non in totum: Reſpon. reſpicit finē quia cum maritus factus eſt procurator in rem ſuam: quia p̄miſerat heredi ſe ſeruaturum indēnem cum ipſe nihil reddet ſi ad inopiaꝫ vergat: vel retinebit loco dotis ⁊ mulier non debet velle plus. ſi autē velit in totum agere contra heredem defenſum: poteſt. vt. ſ. de procura. l. ſi actor. ⁊. l. ſi procurator. ⁊ tunc heres ageret ex cautione cōtra virum: quia mulier ratum non habet. vt ſ. proxi. reſ.

n ¶ Doteꝫ poſſit. ſcilicet annua bima trima die ſm hec iura hodie poſt annum. vt. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. ex actio autem.

o ¶ Actio. ex teſtamēto. nā nec filia differt ſi eſſet ei legata. vt. ſ. eod. l. j. in princip.

p ¶ Quia tūc. ſcilicet tm̄. Accurſius.

q ¶ Hiſdem diebus. quibus ⁊ mulieri ſolui deberet. Accur.

r ¶ Extitit. repete ⁊ diuortium factuꝫ ſit vt premiſit: ſi enim cōſtat matrimonium ſtatim percipiet. vt. ſ. eo. l. ij. §. idem iulianus querit ſi doteꝫ. ⁊. ſ. famili. herciſcun. l. ſi filia. §. j. ⁊. l. ſi maritus. vbi de hoc dixi.

s ¶ Ad p̄ceptionem. per iudicium fami. herciſcū. non act. ex teſtamēto: vt hic erat.

t ¶ Moratur. re integra. Accurſius.

v ¶ Subueniri. cōdictione incerti ad exponendū cautionē. vt. ſ. de vſufru. ea. re. l. hoc ſe. §. j. ⁊. ſ. de cōdi. indebi. l. ſi quis cū. et. j. ſi cui plus ꝙ̄ per. l. falci. l. niſi. §. finali. Alij dicunt ſine cauſa. arg. ſ. de condi. ſine cauſa. l. ij. ⁊. iij. quod non placet. vt nota. ſ. de condi. indebi. ſed ⁊ ſi me. §. cum inter.

x ¶ Cui. mulieri. Accur.

y ¶ Non debet. ⁊ certe dabitur quaſi eā perceperit vxoris nomine: ⁊ quaſi ſine cauſa ſit apud eum. Accur.

z ¶ Cautionem. nam ſi interpoſuiſſet nō eſſet hic timor cum habens hoc nomen heres non eſſet non ſoluendo. Item nota. ꝙ ex inopia alterius in alium quandoqꝫ datur actio. vt. C. quādo fiſcus. vel pri. l. penul. ⁊ facit. ſ. ad exhi. l. iulianus. §. ſi cui. ⁊. ſ. de eo per quem fac. erit. l. fin. ⁊ de leg. j. plane. ij. §. j. Accur.

Uir. ¶ Caſus. Uxor mea dedit mihi in dotē mācipia ineſtimata. pone. x. ego poſtea feci teſtamētū ⁊ legaui ei. c. pro dote. ⁊ poſtea ante mortē meā dicta mancipia deceſſerunt ſine culpa mea. ⁊ ita nihil in dote remanſit. ⁊ poſtea deceſſi. ⁊ poſtea deceſſit dicta mea vxor ⁊ habuit heredē titiū. nunqd titius poterit petere ab heredibus meis ex cauſa legati centum: Et videtur ꝙ non. qꝛ cum nihil remāſerit in dote vt dictū eſt: nihil vr̄ p̄manſiſſe in legato pro dote relicto. dꝛ tn̄ hic ꝙ petere pōt. volūtas em̄ mea ſeruāda eſt q aliud p̄ dote ei legaui ⁊ nō dotē. Uiuia.

a ¶ In mancipijs. ineſtimatis: al's nulla eſſet huius legis dubitatio.

b ¶ Pecuniam. ſcꝫ certam. R.

c ¶ Mortuis. ſcꝫ ſine culpa viri. ⁊ ſic in dote nihil deinceps ſit. vnde ⁊ in legato nihil forſan diceretur perperam: qm̄ non ſit hic dos pure legata: ſed pro dote aliud. vt. ſ. de iure do. plerūqꝫ. ⁊. l. in rebus. ⁊. ſ. eod. l. j. in prin. §. j. R. ⁊ etiam facit. ſ. de pac. dota. cum maritus. in prin. ⁊. ſ. eo. l. cum ſcriptum. in ſi.

d ¶ Uoluntas. q dotē pure legare noluit: ſed aliud pro dote. vt. ſ. dixi.

Uxori mee. ¶ Caſus. Uxor mea dedit mihi in dotē fundum cornelianū ⁊ quoſdam alios fundos inter quos erat vnus ineſtimatus ⁊ multa alia eſtimata dedit mihi in dotē. poſtea ego feci teſtamētū ⁊ ita in eo dixi. vxori mee fundum cornelianū ⁊ ea que obtulit mihi eſtimata cū mihi nupſit volo reſtitui in ſpeciebus ⁊ deceſſi. modo queritur nūquid p̄dictū fundū ineſtimatū videar ei legaſſe: Et videtur ꝙ non. qꝛ in legando nō noīaui eū fundū ineſtimatū nec etiaꝫ alios: ſꝫ tm̄ noīaui cornelianū fundū. dicit tn̄ hic ꝙ euꝫ legaſſe videor ⁊ etiam oēs alias res q̄s habui ab ea in dotē ſiue erant eſtimate ſiue non. ⁊ heres meus ſoluet ei dictas res tales quales inuenientur nō autē eorum p̄cium. p dicta enim verba videor ei legaſſe vniuerſam dotem talem qualis eſt. Uiuia.

e ¶ Cornelianum. hunc dederat ineſtimatum. vt. j. patet. Accur.

† Singulare No. ꝙ cautio qn̄ dꝫ p̄ſtari intelligit petenti. caſus l. c. ſu ſcitata. d re ſtit. in leg. do. de rota cccclxſ. de cl.

Inopia alteri⁹ i aliuꝫ qn̄qꝫ datur actio.

obtulit[a] eſtimata: in ſpeciebus reſtitui volo: reſpondi non eſtimatum[b] predium in dotem datū exceptum non videri[c]: ſed vniuerſa[d] dote prelegata rerum eſtimatarum precium non relictum[e]: verum ipſas res quales inuenirentur[f].

Sceuola. Lex. xj.

Si ſeie pro dote centum[f] fundus legatus ſit: idemq; meuio[g]: quod meuio falcidia aufert pro eo quaſi concurſus nō fuerit[h] mulier plus vēdicet: quia amplius[i] ſit in dote mulieris.

☞ Adbibitus ad ſtipulandum totā dotem: in dubio non videtur adbibitus animo donandi. Item adbibitus animo donandi itelligit causa moꝛtis: ſi moꝛtis cauſa eſt mentio facta. h. d. Bar.

Paulus. Lex. xij.

Seia† cum nuberet lucio titio dedit nomine dotis centum aureos: & adbibuit quintum mutium qui nibil numerauit: ſed dotem ſtipulatus[k] eſt ſi moꝛte mulieris ſolutum fuerit matrimonium. Seia moꝛiens teſtamento ſuo cauit ita: lucio titio marito meo cui maximas gratias ago dari volo ſupra dotem[l] quam ei dedi tot aureos: quero cū inſtituerit[m] lucium titium cōuenire quintus mutius ex ſtipulatu actione: an repellere eum maritus poſſit ex verbis teſtamēti? Reſpōdi ſi quintus mutius ex mandato ſeie non donationis[n] cauſa ſtipulatus eſt: beredibus mulieris eum teneri[o]: & ideo quintum mutium exceptione[p] repellendum eſſe: q; ſi donationis cauſa ſeia ſtipulari pmiſiſſet: videri eum in eum caſū qui moꝛte mulieris extitit moꝛtis cauſa ſtipulatum[q]: et ideo fidei eius committi potuiſſe in eum caſum[r] dicēdum foꝛe.

†Al's incipit meuia.

☞ Si cōditio pro parte eſt poſſibilis ſufficit ſi ei pareaſ i eo quod poſſibile eſt. hoc dicit Bartolus.

Sceuola. Lex. xiij.

Qui dotem in pecunia numerata & eſtimatis rebus acceperat vxoꝛi ita legauit: ſeie vxoꝛi mee ſi omnes res que tabulis dotalibus contineantur beredi meo exbibuerit et tradiderit: ſummā[s] dotis quam mibi pro ea pater eius intulit dari volo hoc amplius decē

a ¶ Obtulit. id eſt dedit. & fac punctum eſtimata. quaſi dicat tam ineſtimata q; eſtimata volo in ſpeciebus ipſis cum extent non in pecunia reſtitui: quod poteſt eſſe vtile in rebus eſtimatis ſi melioꝛes facte ſūt apud virum. vt. ſ. de iure dotium plerūq;. & ſ. de pac. dota. l. cū maritus. in principio. Accurſius.

b ¶ Nō eſtimatum. id eſt ineſtimatum prediū ſcz coꝛpus: infinitatur enī ineſtimatum: vt ibi. non homo currit. Accur.

c ¶ Non videri. de legato predicto.

d ¶ Uniuerſa. ergo omnia predia eſtimata & ineſtimata: et etiam mobilia.

e ¶ Quales iuenirentur. ſcilicet eſſe relicta ſub. apparet ergo ex tali legato omnia relicta eſſe in ſpeciebus cū dixit vxoꝛi mee &c. Accurſius.

Si ſeie. ¶ Caſus. Ab vxoꝛe mea ſeia babui in dotem centum. et poſtea feci teſtamentū et fundum meum cornelianum qui valebat centū legaui ei p dicta dote. & poſtea eundē fundum legaui meuio: & ita iter eūdem meuium & ſeiā vxoꝛem meam dz eſſe concurſus in dicto fundo: ſcilicet vt quilibet eoꝛū in eo babeat dimidiā. & poſtea multa alia legata quibuſdam alijs reliq. ita q; babeat locum falcidia et poſtea deceſſi: venit ſeia & meuius predicti ad beredes meos & petunt pro dimidia quilibet dictum fundum. dicunt mulieri beredes. q̄uis tibi nō poſſimus detrabere falcidiā: q2 tu recipis tibi debitum/ tamen meuio de ſua parte fundi volumus detrabere falcidiā. dicit mulier bene placet mibi/ ſed tamen illud quod vultis detrabere de fundo noīe falcidie quā vultis retinere de parte meuij quam babet ī dicto fundo volo mibi vendicare: & ita cum ego mulier debeā babere in fundo. l. pro dimidia dotis mee/ & meuius alia. l. nomine legati: & cū velitis & debeatis detrabere quartam de dictis. l. meuij noīe falcidie. que quarta capit. xij. & dimidium detis meuio in dicto fundo. xxxvij. & dimidium & mibi. lxij. & dimidium. nam & adbuc amplius eſt de dote mea q̄ fuit centum. & ita non remanebitis mibi ad dandum pro dote mea niſi xxxvij. & dimidium venit dictus meuius ad iſta verba & dixit: certe ipſa bene dicit queritur quid iuris ſit? Et dicitur q; dictū dicte mulieris ſeruandum eſt: & ita non babebit locum rectus concurſus inter eam & dictum meuium eo q; quilibet eoꝛum non babebit dimidiā in dicto fundo: imo mulier babebit in eo vt dictum eſt. lxij. lib. & dimidiā. & meuius xxxvij. & dimidiā. & remanebunt beredes ad dandum ſeie p dote ſua xxxvij. lib. & dimidiam. Uiuia.

f ¶ Centum. id eſt fundus valebat centum: ſed dos erat tātūdē vel plus vel etiam minus. Accur.

g ¶ Meuio. & ita ambobus inſolidum. ſicq; concurſu faciunt ſibi partes. vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. vbi.

h ¶ Non fuerit. quia mulier ſit ſola. & ſic non concurrit cum meuio quaſi id plus non ſit meuio legatū. at mulieri nō detrabitur falcidia ſicut nec de dote detraberetur: cuius vice boc legatum cedit: niſi aliqd plus eſſet in legato vel niſi in commodo repreſentationis: vt. ſ. eo. l. ij. §. idem iulianus querit.

i ¶ Amplius. q̄ in fundi parte quod etiam quadrantem poterit excedere cum etiam boc poſtulet es alienum. R. & facit. j. ad. l. fal. l. j. §. ſi quis creditoꝛi. & l. ſi vſufruc. §. j.

Seia. ¶ Caſus. Seia dedit nomine dotis lucio titio centū aureos. & adbibuit quintum mutiū qui ſtipulatus fuit a marito ſibi dotem reſtitui moꝛtua ſeia. poſtea dicta ſeia fecit teſtamentum in quo inſtituit ſibi beredes gaium & coꝛnelium. & poſtea ita dixit in eodem teſtamento. lucio titio marito meo dari volo ſuper dotem quam ei dedi centum aureos. & deceſſit dicta ſeia: modo queritur vtrum dictus quintus mutius qui fuit ſtipulatus dotem poſſit conuenire maritum actione de dote? Et dicitur q; non. quia aut fuit ſtipulatus dictam dotem mandato dicte ſeie eo q; ipſa ſeia volebat ei donare aut noluit donare. Primo caſu videtur ſtipulatus cauſa moꝛtis: nam in ſtipulatione fuit facta mentio moꝛtis mulieris: & ideo fidei eius committere potuit ſeia de dāda dote viro ſuo: commiſit autem eius fidei cum dixit in teſtamento: vt dictum eſt lucio titio marito meo dari volo ſuper dotem quam ei dedi centum aureos. dolo ergo faceret in boc caſu quintus mutius ſi peteret a marito illud quod teneretur ei reſtituere ſi baberet. Secundo caſu tenetur dictus quītus mutius dictis beredibus mulieris actione mādati vt pecuniam quam iam foꝛet conſecutus a viro aut actionem cum nibil fuit conſecutus eis cedat. et ideo eundē quintū mutium exceptiōe a viro repellendum. quod eſt notandum. Uiuia.

k ¶ Stipulatus. nō aperit an gerendo negociū mulieris. vel vt donatarius cauſa moꝛtis. vel vt iter viuos ſtipularetur. et ideo. j. diſtinguit. Accurſius.

l ¶ Supra dotē. per bec verba et dotem ei videtur legare. vt. ſ. eo. l. qui ita. & ſ. de annu. lega. l. ſeia. §. vxoꝛi.

m ¶ Inſtituerit. id eſt p poſuerit.

n ¶ Non donationis. qđ preſumitur q; non donationis cauſa. vt. ſ. de legatis. iij. cum quis decedens. §. nuptura. et argu. ſ. de nego. geſt. l. neſennius. Accurſius floꝛentinus.

o ¶ Eum teneri. actione mandati vt pecuniam ſi iam exegit reddat: al's actiones cedat. vt. ſ. manda. idemq;. §. ſi cui. & de leg. iij. cum quis. §. nuptura. & ſ. de iure dotium mulier. §. fina. & arg. ſ. de neg. geſt. l. penultima. vnde etiā fidei eius ꝯmitti potuit vt cuiuſlibet debitoꝛis ne quicq̄ peteret. & ſic boc feciſſe rationabiliter preſumitur. vt. ſ. de lega. j. ſi pecunia. & nota. in. d. §. nuptura. Accur.

p ¶ Exceptione. ſcz doli mali.

q ¶ Stipulatum. niſi liqueat contra. ſcilicet q; inter viuos donare voluit: et boc ideo quia in ſtipulatione babita eſt moꝛtis mentio. al's eſſet donatio inter viuos. vt. j. de dona. cauſa moꝛtis. l. ſeia. §. finali. que eſt contra.

r ¶ In eum caſum. cum eſt donatio cauſa moꝛtis. vt. ſ. de legatis. ij. cū pater. §. j. ſic ergo nota tres caſus. Primus cum ſtipulatur vt procuratoꝛ vel geſtoꝛ quod ſemper prima facie preſumitur. vt. ſ. dixi. Secundus quod ſtipulatur moꝛtis cauſa quod preſumitur ſi modo conſtet eū ſtipulari cauſa donationis. vt. ſ. proxi. et in vtroq; poteſt fideicommitti. & bi ſunt bac. l. Eſt et tertius caſus quando ſtipulatur ex cauſa donationis inter viuos et boc conſtat: et boc caſu non poteſt grauari vel reuocari niſi eum inſtituat vel aliud ei relinquat. vt. ſ. de pactis dota. l. cum maritus. §. finali. et. C. de iure dotium. l. ij. et. l. cum patrem. et. ſ. ſoluto matrimonio. l. que dotis. que ſunt contra. Item nota bic ſine ſtipulatione poſſe ſubſtitui in donatione cauſa moꝛtis. vt. C. de dona. cau. moꝛ. l. j.

Qui dotem. ¶ Caſus. Cum vellem accipere ſeiam in vxoꝛem pater eius dedit mibi in dotem centum in denarijs: & tot alias res eſtimatas que valuerunt centum. & ego feci fieri ei chartam q; reſtituerem ei ducenta pro dote ſoluto matrimonio. & in ea charta fuerunt nominate dicte res eſtimate. poſtea feci teſtamentum/ et ita legaui eidem mee vxoꝛi. ſeie vxoꝛi mee ſummam dotis quam mibi pro ea pater eius intulit dari volo. boc amplius denarios. x. ſub ea conditione ſi omnes res que in charta dotali continentur beredi meo exbibuerit et tradiderit: modo queritur cum plures de rebus dictis in dotem mibi datis ipſo vſu finita ſint me viuente/ et quedam non: an valeat legatum quaſi ſub impoſſibili conditione datum a me vxoꝛi mee? Et reſpondetur q; valet legatum ſi vxoꝛ fecit peruenire in poteſtate beredis mei illud quod ſupererat ex rebus in dotem datis. nam quantum ad alias res que non ſupererant videtur impoſſibilis conditio a me adiecta. Uiuianus.

s ¶ Summā. ſcilicet predictā in pecunia & in rebus eſtimatis cōſiſtentē.

Conditione.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

denarios: queſitum eſt cum res in dotem date plures ipſo vſu finite eſſent nec moriēte marito fuerūt: an quaſi ſub impoſſibili conditione[a] legatum datuꝫ debeatur? Reſpondi videri conditioni paritū[b]: ſi quod ex rebus in doteꝫ datis ſupererat[c] in poteſtatem heredis peruenit.

**Habeo.** Lex. xiiij.

Si filiusfamilias cum vxorē haberet doteꝫ ab ea acceperat[d]: deinde paterfamilias factus doteꝫ ei vt ſolet[e] legauit: ꝙuis patri heres non erit/ tamen id legatum debebitur[f].

☞ Dicto vnius teſtis ſtatur ex voluntate ꝛ diſpoſitione defuncti: cuius ſolius diſpoſitioni ſtaretur. hoc dicit Bartolus.

**Sceuola.** Lex. xv.

Theopompus teſtamento facto duas filias ꝛ filiū partibus equis inſtituit heredes: ꝛ codicillis ita cauit[g]: filiam meam criſpinam quam vellē tradere cuicūꝫ amici mei ꝛ cognati approbabunt prouidebit tradi pollianus[h] ſciēs mētē meā i equalib⁹ portionibus in qbus ꝛ ſororē eius tradidi: pollianus autē a marito puelle iuratus[i] ſcripſit voluiſſe patrē eādem quātitatē in dotem accipere etiā minorē filiā quā maior acce piſſet: quero an eandē ſūmam dotis noīe coheredes extra partem hereditatis minori filie preſtare debeant? Reſpondi euꝫ cuius notio eſt eſtimaturum vt eadem quātitas[k] † ex communi pecunia minori filie dotis nomine detur[l].

**Gaius.** Lex. xvj.

Licet placeat[m] pignoratas res vel in publicum obligatus heredem qui dare iuſſus eſt[n] liberare debere: tamen ſi is qui tales[o] res in dotem[p] accepit dotem prelegauerit[q]: non cogetur[r] heres liberare eas: niſi aliud ſpecialiter teſtator dixerit.

☞ Non eſt veriſimile teſtatorē velle grauare heredem duplici ꝑſtatiōe. h. d. Bar.

**Paulus.** Lex. xvij.

Qui dotē a matre vxoris acceperat ꝛ ſtipulanti ei promiſerat teſtamento vxori dotē legauit: cū q̄ſitū eſſet an vxor dotis ſummam conſequi poſſet? Rn̄dit ſceuola nō videri dari vxori quod neceſſe[s] ſit matri reddi. al's ſic reſpondit[t] non deberi niſi manifeſte vxor docuiſſet cā teſtantis voluntatem fuiſſe vt onerare heredes duplici[v] preſtatione dotis vellet.

☞ Teſtatore precipiente vxori reddi quicquid vxor ei dedit venit etiam id qđ dedit ob cauſam. h. d.

**Sceuola.** Lex. xviij.

Uxori ita legauit vxor mea quicquid ei comparaui et quod mihi dedit e medio ſibi ſumat: quero an dos ꝑlegata videatur? Reſpondi verbis que ꝓponerentur videri: ꝛ de dote prelegata

a ❡ Conditione. legatario appoſita: quod ſi cōcedatur nihilominus relictum valet. vt. C. de his que pe. no. l. j. ꝛ inſtitu. de here. inſti. §. impoſſibilis. ꝛ de leg. §. ſi.

b ❡ Paritum. vtpote impoſſibili. Accur.

c ❡ Supererat. ꝛ quidem de his tm̄ teſtatorem cogitaſſe credendum eſt quoniam et vitio caret: ideoꝗ nō min⁹ tutior ꝙ benignior eſt talis interꝑtatio. vt. s̄. de legi. ꝛ ſenatuſcō. benigni⁹. ꝛ. l. in ambigua. Accur.

Si filiusfa. ❡ Caſ⁹. Filius me⁹ in mea ꝑtāte ꝯſtitut⁹ accepit cētū ab vxore ſua noīe dotis. ꝛ poſtea eū emācipaui. ꝛ ipſe poſtea fec̄ teſtm̄ ꝛ legaui dicte ſue vxori dictaꝫ dotē. ꝛ poſtea anteꝙ ipſe decederet ego exheredaui eū. ꝛ poſtea deceſſit ipſe ꝛ ego: nunquid heres eius tenet̄ preſtare vxori dictam doteꝫ legatam ei? Et dr̄ ꝙ ſic. ꝙuis ego exheredauerim eum meum filium. Uiuia.

d ❡ Acceperat. vn̄ de ea reddenda aduerſus eum ſolu. mat. cōpetere debet actio iquātuꝫ facere pōt: ſicut de ceteris ſuis negocijs: ſed heredi ei non datur hoc beneficiuꝫ. vt. s̄. quod cum eo. ſed ꝛ ſi.

e ❡ Solet. i. ſolitum eſt.

f ❡ Debebitur. inſoliduꝫ qꝛ ꝛ de dote actio inſolidū datur: vt modo dixi.

Theopōp⁹. ❡ Caſus. Theopōpus habebat duas filias ſcilꝫ titiaꝫ ꝛ criſpinam q̄ erat minor: ꝛ habebat vnū filium qui vocabat̄ gaius. ipſe theopompus maritauit dictam titiam/ ꝛ dedit ei in dotem centum ꝛ poſtea fecit teſtamentuꝫ/ ꝛ inſtituit ſibi heredes ꝓ equis partib⁹ dictos tres ſuos filios. ꝛ poſtea fecit codicillos. ꝛ in eis ita cauit. filiam meam criſpinam quam vellem tradere nuptui cuicunꝗ amici mei ꝛ cognati approbabunt prouidebit tradi pollianus cognatus meus: qui pollianus ſcit bene vtrum velim dare tātū criſpine in dotē ꝙtum dedi titie ſorori ſue. ꝛ poſtea deceſſit dictus theopompus. poſtea amici ꝛ cognati eiuſdem theopompi inter quos fuit dictus pollianus maritauerunt dictam criſpinam ſempronio. venit nunc dictus ſempronius ꝛ petit a titio ꝛ gaio fratribus ꝛ coheredibus dicte criſpine tātū ante partē hereditariā pro dicta criſpina nomine dotis ſue ꝙtuꝫ habuit dicta titia cum maritauit eam dictus theopompus: ꝛ hoc ideo petebat: qꝛ dicebat hoc voluiſſe theopompum ꝛ cum coheredes hoc negarent coram iudice fecit dictus maritus criſpine venire dictum pollianum coram iudice: ꝛ iurare ſe ſcripturum veritatē ſuper voluntatem theopompi. qui pollianus iuratus ſcripſit theopompum voluiſſe eandem ꝙtitatem in dotē accipere etiaꝫ minorē filiam ſcꝫ criſpinam quam titia maior ſoror accepit: nūquid habebit dicta criſpina tātū ꝙtū habuit dicta titia? Et videtur ꝙ non. qꝛ vox vnius teſtis reputatur vox nullius. maritus autē criſpine nō introduxit ſuper hoc niſi vnum teſtem. ſ. predictum pollianum vt dictuꝫ eſt. Rn̄. tn̄ hic ꝙ ſic. ꝛ eſt ratio. qꝛ theopompus voluit ſtare ſuper hoc dicto polliani vt apparet in dictis verbis que dixit in codicillis. Uinianus.

g ❡ Cauit. hic eſt grecū cuius interpretatio eſt filiā meaꝫ ꝛc. Py. ſed alij id nō habent: ꝛ iō dicunt eſſe ſenſuꝫ filias meas pares eſſe volo. Accur.

☞ h ❡ Pollianus. teſtatoris forte filius. Et no. ꝙ prouiſio filij eſt in dote: ſed amicorum eſt in eligendo maritum.

i ❡ Iuratus. id eſt iurauit ꝛ dixit: ſic enim ſcribunt tabelliones talia teſtis iuratus dixit. Uel iuratus. i. adiuratus. maritauerat ergo de conſilio amicorum.

k ❡ Quātitas. Not. ergo hic ſtari dicto vnius. ꝛ ſic eſt contra. C. de teſtibus. l. iuriſiurandi. Solu. hic voluit teſtator quod potuit ſicut ꝛ ſi ipſe iuraſſet. vt. s̄. de leg. iij. l. cū quis. §. codicillis. Iteꝫ eſt ar. ꝙ vnus teſtis inducat preſumptionē vel ſemiplenā probationem. ſic. s̄. queadmoduꝫ teſta. aperi. l. j. in fine nec obſtat. j. de queſt. l. maritus. quia ibi non quia deficiat indicium prohibetur queſtio: ſed quia contra dominum: vt hic no. ꝛ. C. de rebus cre. l. in bone fidei.

Teſtis vn⁹ ſemiplene probat.

l ❡ Detur. No. ex hac. l. theopōpus ſtari dicto vnius teſtis. Iteꝫ not. ꝙ vnus teſtis inducit preſumptionē vel ſemiplenam probationem.

Licet. ❡ Caſus. Duo mea predia obligaui reipu. vel titio priuato: ꝛ poſtea ſeiā filiā meā maritaui gaio ꝛ dedi ei i dotē dicta ꝑdia ita obligata ſicut erant ꝛ hoc ſciēte dicto gaio meo genero: poſtea dict⁹ gai⁹ fecit teſtamentum ꝛ legauit dictam dotem dicte mee filie vxori ſue. nunquid heredes eiuſdē gaij debent dicta predia liberare a pignore: ꝛ poſtea dare dicte mee filie? Et videt̄ ꝙ ſic: qꝛ ipſe gaius ſciebat dicta predia eſſe taliter obligata eo tēpore quo accepit ea i dotē. dicitur tamen hic ꝙ non tenetur liberare pignora niſi gai⁹ teſtator hoc ſpecialiter dixiſſet i teſtamēto ꝙ hēdes luerent. Ui.

† Stat̄ dicto vni⁹ ſ. l. c. iij. cuꝫ gl. ſup ꝓ. clerici. extra de ꝑcu. vbi de hoc vide.

m ❡ Licet placeat. ex ordine. R. vt inſti. de le. §. non ſolum. ꝛ. s̄. de le. j. ſi res. ꝛ. C. de fideicō. predia. ꝛ. s̄. de leg. ij. meui⁹. §. pe. Accur.

n ❡ Iuſſus eſt. a teſtatore ſciēte eas obligatas. al's ſecus. vt. d. ll.

o ❡ Tales. iam obligatas. Roge.

p ❡ In dotē. eſtiatā. R.

q ❡ Prelegauerit. vxori pure ꝛ ſimpliciter.

r ❡ Cogetur. quoniam in hoc legato ſola dos venit: ſicut veniret in dotis acti. vt ſolum repreſentationis cōmodum hic ſit in legato. R. vt. s̄. e. l. j. i princip. ꝛ. §. adeo. H.

Qui dotē. ❡ Caſus. Titia dedit mihi in vxorē filiā ſuā ſeiam ꝛ dedit mihi in dotē. c. ꝛ ego ꝓmiſi eidē titie me reſtiturū ei ſoluto matrimonio: ꝛ poſtea feci teſtm̄ ꝛ legaui dicte mee vxori dicta. c. ꝛ deceſſi: nunquid dicta mea vxor poterit petere ab heredibus meis dicta. c. ꝛ ab eis conſequi? Et dicitur ꝙ non niſi eis caueat ſe defenſurā eos aduerſus titiam matrē ſuaꝫ: ꝛ hoc niſi probauerit dicta mea vxor me voluiſſe onerare heredes meos duplici dotis preſtatione: qꝛ tunc habebit ipſa. c. ꝛ mater ſua titia alia. c. Uiuia.

s ❡ Neceſſe. igitur non dabitur vxori actio ex teſtamento contra heredē niſi caueat eum defenſurum contra matrem. vt. s̄. eo. l. ij. in principio. ꝛ §. j. ꝛ. l. pater. ꝛ. s̄. de iure dotium. l. cum pater. ꝛ. s̄. ſolu. matrimonio. l. ſi cum dotem. §. ſi pater.

t ❡ Al's ſic reſpondit. i. idē ſceuola. ꝛ al's tractans de hac materia rn̄. non deberi. ſ. dari. Accur.

v ❡ Duplici. No. ex hac. l. non eſſe quē onerandū duplici onere: vel addi afflictionem afflicto. ſic. s̄. de leg. ij. titia. §. qui in vita. ꝛ. s̄. ad. l. rho. de iactu. l. nauis. §. cum autem. ꝛ. §. quid ergo. ꝛ. s̄. de offi. preſi. diu⁹. ꝛ. C. de impo. luc. de. l. j. Item facit. s̄. de leg. iij. ſi res. ꝛ. l. qui concubinaꝫ. §. qui fundum. ꝛ. j. de fun. inſtru. ꝛ inſtru. leg. l. ꝑdia. §. liberto. ꝛ. s̄. de leg. ij. meuius. in prin.

Onere duplici quis onerari nō debet.

Uxori. ❡ Caſus. Uxor mea dedit mihi in dotē. c. ꝛ poſtea ego cōparaui ei veſtes ꝛ mōilia. ipſa etiā dedit mihi quedā alia: poſtea tempore procedente feci teſtamentuꝫ ꝛ ita ei legaui: vxor mea ſumat ſibi ex medio hereditatis mee quicquid ei comparaui ꝛ quod mihi ipſa dedit ꝛ deceſſi: modo queritur an videar ei dotē ꝑlegaſſe? Et dr̄ ꝙ ſic: niſi probent heredes mei aliud me ſenſiſſe. Sed pone ꝙ de dictis cētū erant duo inſtrumēta facta in vno quorū cōtinebant̄ quinquaginta ꝛ in alio tantūdem: ꝛ ego ita legaui. dicte mee vxori titie do lego tantā pecuniam quāta ad me dotis eius noīe peruenit que dos eſt dotalibus duob⁹ cōſignatis inſtrumentis centum aureorum: nūquid poterit vxor mea cōſequi vtrāꝗ ſummā? Et dicitur ꝙ ſic. Uiuia.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a ¶ Loqui. licet ſimpliciter dixit dedit: ⁊ nõ adiecit pro dote.
b ¶ Ex ſtipulatione. al's eſt ve. ⁊ dic ve pro et. ſm. H.
c ¶ Utrãq3 ſummã. id eſt vtriuſq3 inſtrumẽti quãtitatẽ: vel dic ꝙ aliqd peruenit re ipſa: aliud deductum erat in ſtipulationem tñ: ⁊ ſm vtrũq3 ſc3 datum ⁊ promiſſum: l3 non datum. vt inſti. eo. titu. §. ſed ⁊ ſi vxori.

n ¶ Scilicet. Deguſtationem. Si autez poſt ſibi imputet. ⁊ facit. ſ. de pe. ⁊ commo. rei vendi. l. j. §. j. ⁊ l. ſi quis vina. §. ſi in aduerſione. ⁊ l. ſi vina que in dolijs.
o ¶ Cyphi. Data. i. legata.
p ¶ Integram. qꝛ nõ tenuit prima: al's ſecus. vt. j. eod. apud aufidium. in fin. ⁊ no. ſ. l. ij. §. j. ⁊ poterit ad exhibendum agere legatari⁹. vt ſ. ad exhiben. l. iij. §. itez ſi quis optare. Accur.

Siue iniuria op⁹ fiat per nũciationẽ inhibet. tex. in. l. j. in pn. j. de no. ope. ris nũ.

¶ De optione legata.

Diuus pius. ¶ Caſus. Titi⁹ legauit mihi electionez ſeruoꝛum. queritur quot poſſim eligere ⁊ habere: Et dicitur ꝙ tres. ſecus autẽ ſi leget mihi optionem ſiue electionem ſerui: quia tunc non poſſu3 eligere niſi vnum. optabo tamẽ illũ quem volã. ſic ⁊ pertinet ad me arbitrium eligendi ſi legauit mihi hominẽ in genere. pone ergo ꝙ elegi ⁊ male. ita ꝙ nõ valuit electio nunquid potero iterum eligere: Et dicitur ꝙ ſic. ⁊ de hoc ponit tria plana exempla vſq3 ad. l. mancipioꝛum. Uiuia.

loqu^a: niſi aliud teſtatoꝛẽ voluiſſe ꝓbaret. ¶ Titie vxoꝛi mee quanta pecunia ad me ex ſtipulatione^b dotis eius nomĩe peruenit: q̃ dos eſt dotalib⁹ duob⁹ conſignatis iſtrumẽtis cẽtũ aureoꝛũ. q̃ſitum eſt an vtrãq3 ſũmã^c conſequi poſſit: Rñ. nihil proponi cur non poſſit.

## ¶ De optione vel electione legata. Titulus. v.

☞ In hac lege ponitur qualiter relinquitur optio vel electio. Itez quis eligit/quid eligatur/quid ſi electio non valeat: ⁊ qualiter debeat electio fieri. ⁊ hoc vſq3 ad. l. mãcipioꝛum. h. d. Bar.

Ulpianus. Lex. j.

Diuus^d pius cecilio ꝓculo reſcripſit eũ cui ſeruoꝛum legata ſit electio tres poſſe eligere.

Idem. Lex. ij.

Quotiẽs ſerui electio vel optio datur^e: legatarius optabit quem velit: ſed et homine generaliter legato arbitrium eligendi quem^f velit accipere: ad legatarium^g pertinet. Data igitur optione ſi quis optauerit alienu3 ſeruũ vel hominem liberum^h videndu3 eſt an conſumpſerit optionem: et puto non conſumi. ¶ Cum cui centum amphoꝛarum^i electio data^k ſit: acetum eligentem† non conſumere^l optionem ſi id^m acetum elegerit quod vini numero paterfamilias non habuit.

Idem. Lex. iij.

Scilicet ſi ante exhibitionez hoc eſt ante deguſtationez^n acetum elegerit.

☞ Ante exhibitionem rerum electio nõ tenet: niſi legatarius fuerit ſciens. hoc dicit Bartolus.

Paulus. Lex. iiij.

Cyphi† electiõe data^o: ſi nõ omnib⁹ cyphis exhibitis legatarius elegiſſet: integram^p ei optionem manere placet: niſi ex his dũtaxat eligere voluiſſet cum ſciret^q ⁊ alios eſſe.

† Cyphi al's ſcyphi.

Affricanus. Lex. v.

Nec ſolũ^r ſi fraude heredis: ſed etiã ſi alia qualibet cauſa^s id euenerit.

☞ Legatario optionis terminus ad eligendũ ſtatuit: quo elapſo eligere non poteſt ſi res non eſt integra. h. d. Bar.

Pomponius. Lex. vj.

Mancipioꝛum electio legata eſt ne vẽditio^t qñq3^v eligente legatario interpellet decernere d3 ꝑtoꝛ niſi ĩtra certu3 tp̃s ab ipſo pꝛefinitũ elegiſſet electionem legatoꝛũ ei nõ cõpetere^x: qd ergo ſi die preterito ſ3 ⁊ añꝙ venderet heres vẽdicare legatari⁹ velit audiet: qꝛ nõ eſt dãnu3 ſubitur⁹ heres ꝓpter quod decernere id ꝑtoꝛ ſolet: ⁊ qd ſi die preterito quẽ^y diffinierit^z pretoꝛ heres aliquos ex ſeruis vel oẽs manumiſerit nonne ꝑtoꝛ eoꝛũ tuebitur libertatem^a: ergo totiens actio deneganda^b nõ eſt ſi oĩa integra^c ſint: idem eſt^d ⁊ ſi pignoꝛi aliquos ex his ſeruis heres dederit poſt diem^e vel vendiderit.

Paulus. Lex. vij.

Immo ⁊ ſi quoſdam ſeruos diſtraxerit: quoſdã retinuerit: non eſt audiendus legatarius ſi velit optare ex retentis ab herede cum iam^f diſpoſuerit familiam heres.

q ¶ Cũ ſciret. nam tũc videt de olbus ſatiſfactum maxime ſi legatarius cognoſcebat illos abſentes. vt arg. ſ. de act. emp. l. j. §. fina.
r ¶ Nec ſolum. ſ. tunc ĩtegra manet electio. Accur.
s ¶ Cauſa. quomin⁹ oẽs exhibiti ſint niſi fraude tertij: qꝛ tunc agit de dolo cõtra eum. vt. ſ. de dolo. l. ſi quis. que eſt cõtra. Solu. vt ibi.

Mancipioꝛũ. ¶ Caſus. Legaui titio optionẽ ſeruoꝛũ meoꝛu3 ⁊ deceſſi: ⁊ ita põt titius eligere ⁊ hr̃e tres. vt. ſ. eo. l. j. heres me⁹ vult vẽdere vel obligare vel manumittere oẽs ſeruos hereditarios: ⁊ timet ne vẽditio vel obligatio: vel manumiſſio anihiletur eligente poſtea dicto legatario tres ſuos ex his q̃s vult vendere vel obligare vl' manumittere certe conſulitur hic heredi vt adeat pretoꝛem et petat ab eo vt decernat actionem legatoꝛũ legatario nõ cõpetere niſi intra tp̃s ab ipſo ꝑtoꝛe ꝑfinitũ elegiſſet ſuos legatarius: ⁊ pretoꝛ bene audiet heredez hoc petentẽ. pone ergo ꝙ ꝑtoꝛ ſtatuit vnu3 mẽſem ⁊ trãſiuit menſis anteꝙ legatari⁹ eligeret: nõ tñ vẽdidit adhuc heres ſuos. nunqd audiet legatari⁹ volens vẽdicare tres ſeruos: Et dic ꝙ ſic. qꝛ nõ ſubſtinet heres aliquod dãnum propter vendicationẽ predictam legatarij propter qđ ſolet pretoꝛ decernere vt legatarius eligat infra certum diem. i. propter hoc vt heres non ſubſtineat dãnum: ſi autẽ preterito dicto menſe manumiſerit vel obligauerit: vel vendiderit heres oẽs ſeruos: vel quoſda3 ex his non poterit amodo legatarius vendicare aliquos ex dictis ſeruis. Item ⁊ in alio caſu debet pretoꝛ ſtatuere certu3 tempus legatario optionis: puta ſi legaui titio electionem ſerui: ⁊ ſeio legaui reliquos ſeruos meos: ⁊ hoc dicit vſq3 ad primum. §. legis ſi tibi. Uiuia.

d ¶ Diuus. Pone caſu3 ꝙ aliquis legauit mihi optionem ſeruoꝛũ ſuoꝛũ in plurali nũero loquens eligam tres: vt ita pluralis locutio cõtineat tres: l3 al's duos. vt. ſ. de teſti. l. vbi. ⁊ hoc fauoꝛe vltime volũtatis. vt. j. de regu. iur. l. in teſtamentis. ſecus ſi in ſingulari: quia tunc vnum tñ. vt. j. per totu3 hunc titu. Uel dic ꝙ teſtatoꝛ legauit mihi electionem ſeruoꝛum qui debent optare vnũ ſeruũ vel equum vel aliud mihi dandum. Nam eligaz tres de familia teſtatoꝛis qui eligent: ideo autem tres quia ſi diſcoꝛdãt inuenietur pars maioꝛ. vt argu. ſ. de arbi. l. item ſi vnus. §. ſi.

Pluralis numer⁹ in trib⁹ qñq3 conſiſtit.

† Facit gl. vl. in pn. in c. cãm. que. de elec.

e ¶ Quotiẽs. Datur. a teſtatoꝛe.
f ¶ Quez velit. etiã optimum ſm Ro. nos cõtra vt ſtatim dicam.
g ¶ Ad legatarium. idem quod hic habes inſtitu. eo. §. generaliter. ⁊. ſ. de lega. j. ſi ſeruus. §. cum homo. ⁊ omnes pꝛedictas leges ĩtelligit Ro. herede fruſtrante. ⁊ pro eo. ſ. de leg. j. cum res. §. totiens. ⁊. l. huiuſmodi. §. ſi cui. ⁊ ar. C. de ſolu. l. j. at hul. etia3 ab initio dat legatario: vt hic. ⁊ dictis pꝛimo concoꝛdat. vt ⁊ no. ſ. de leg. j. ſi quis a filio. §. pe. que videtur contra. ⁊. ſ. fami. herciſ. heredes. §. ſi incerto. Item nõ eligit optimum ſm omnes. vt. ſ. de leg. j. l. legato gñaliter. ſed in inferioꝛi caſu eligit optimum ſm Ro. ſed dic ꝙ nec ibi eligit optimu3. ⁊ pro eo eſt hic copula: ſed ⁊ homine ⁊c. ⁊. C. communia de lega. l. fi. §. j. ⁊ arg. ſ. de leg. j. ſi heres generaliter.
h ¶ Uel hominem liberum. vel ante aditam hereditatez. vt. j. e. l. optione. Accurſius.
i ¶ Amphoꝛarum. ſubaudi vini.
k ¶ Data. a teſtatoꝛe vel a lege. vt. ſ. pꝛoxi. duob⁹ rñ. ſed Rog. dixit ibi tranſlata quando a lege.
l ¶ Conſumere. quia non tenuit ipſo iure. vt. j. pꝛoxi. §. al's ſecus. vt. j. e. titu. apud aufidium. ⁊. ſ. de leg. j. l. v. in pꝛin. Et no. nihil refert nõ fiat aliquid vel id non iure fiat. ✠ ſic. ſ. qui ſatiſd. cog. l. quotiens. ⁊ de iureiuran. qui per ſalutẽ. ⁊ de condi. indebi. cum indebitũ. in ſi. ⁊. j. de adul. ſi maritus. §. ſi. Sed arg. cõtra. j. de re iud. l. iudex. Additio. Dic ꝙ ibi ſententia tenuit ipſo iure. al's eſſet idez quod hic. vt. l. ſi vt pꝛoponis. C. quomodo ⁊ quando iudex. Bar.
m ¶ Si id. al's ſi non id. ⁊ abũdat negatio. ſic. C. de ſer. fugiti. l. j. al's deeſt ſcilicet non, ⁊ ſic eſt plana. facit. j. titulo. j. l. j. ⁊. l. iij. ⁊. l. ſi quis vinu3. Accurſius.

✠ Nota ꝙ paria ſunt nõ fieri aut iniuria fieri: ſec⁹ tñ q̃tũ ad effectum nũciatiõis noui opis: qꝛ ſiue iure

t ¶ Uenditio. eoꝛum ſc3.
v ¶ Quandoq3. i. quãdocũq3.
x ¶ Nõ cõpetere. No. ꝙ ad tp̃s quis agere cogitur. ſic. j. eo. l. ſi optio. §. ſi. ⁊ ſunt ſimilia. j. l. ſi tibi. ⁊. C. de ĩgenu. manumiſ. diffamari. regulariter contra. vt. C. vt nemo inui. Itẽ ad ſtatuendu3 diẽ alicui facto facit. ſ. de iure delibe. l. j. ⁊. j. de dã. infec. qui bona. §. ſi. Accur.
y ¶ Quem. ſc3 diem.
z ¶ Diffinierit. i. ſtatuerit.
a ¶ Libertatẽ. ⁊ certe tuebitur. ⁊ facit. ſ. ſi quis cau. ⁊ ſi poſt tres.
b ¶ Deneganda. legatario. Accur.
c ¶ Integra. facit. ſ. de minoꝛ. qđ ſi minoꝛ. §. ſceuola. ⁊. C. de repu. here. l. ſi. ⁊. ſ. de iure delibe. ſi quis.
d ¶ Idem eſt. vt actio denegetur: ⁊ dic ꝙ idẽ referatur non ad pꝛoximũ ſed ſuperius.
e ¶ Poſt diem. a pꝛetoꝛe vel iudice ſtatutum. ⁊ continua. ſeq. l.
f ¶ Immo. Cum iam. al's ſic foꝛte non diſpoſiturus: niſi optionis timoꝛ eſſet.

Si tibi.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010